

Alte Drucke

Libri de Medicina Mentis, Posthac Edendi, Conspectus, Sive Index

Lange, Joachim

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], 1703

Vorwort

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154811

Lectori Salutem plurimam !

Logicam vulgarem olim studiose didici, & postea pro muneris ratione docui. Sed, quam discendo perplexam, hanc docendo jejunam ac inutilemprehendi. Nihil enim ad sanandam mentem vulgari Logica est ineptius. Vulgarem autem voco, quæ communis est, nec unius Auctoris, sed, quantum quidem ego novi, fere omnium, quotquot Logicam scripserunt unquam. Ego quidem hanc de supervacuis doctrinam, ineptumque philosophandi modum, pertæsus, cæpi ante aliquot annos hunc emendare una cum vulgari Logica, emendatæque Logicæ nucleum edidi. Sed quo successu? Vesti lateræ novum affui panniculum, & ædiculæ, ruinam minanti, speciosum induxi tectorium: In veste nulla integritas, nulla habilitas; in ædícula nulla firmitas, nulla securitas; in Logica ac modo philosophandi vulgari nulla sapientia, nulla vera utilitas.

Quamobrem pro ratione muneris, quia hæc coire ac coalescere haud poterant, vestem rejiculam rejeci, ædiculam destruxi; ex novo panno confeci novam vestem; pro ædícula rustica ac fumosa arcem Sapientię

piëntiæ exstruere conatus sum. Ne quis
verò terminorum ac distinctionum dole-
ret jacturam, adjunxi Sapiëntiæ arcis pristi-
nam ædiculam, ita verò expurgatam ac
suffultam, ut forte aliquid commodi in re
superficiaria exhibere possit; hoc est, Libro
de Medicina s. Cultura Mentis, qua sanio-
ris Philosphiæ s. Sapiëntiæ principia tra-
duntur, subjecti Appendicem & *Logica* &
Metaphysica vulgaris, in quibus spuria
Philosphiæ anima vulgò constituitur.

Restitit, ut liber ederetur in lucem;
sed nolui prius deproperare editionem;
quam, quæ in hanc rem de aliis scripta
sunt, paulo plenius consulissem, meaque
limassem curatius. Totus enim hic liber,
ut ubique constaret sibi, ex perpetua natus
est & nasci debuit meditatione; & a con-
ferendis Auctoribus aliis studio abstinui,
ne mens in diversa tracta conficeret mi-
nus solida minusque coherens. Confe-
cto quidem opere unum atque alterum
auctorem (qui tamen in hoc genere admo-
dum rari, præcipue verò ob abstrusum ge-
nus scribendi juventuti non sunt accom-
modati) adhibui in consilium: adeo autem
imperfecta illa adhuc est collatio, ut ne
quidem *Illustrem Medicinae Mentis Auctorem*

perlegerim: ex quo quidem dubito, quin
multa mea facere potuero. Etenim ex
levi etiam inspectione perspexi, me inter
& hunc Auctorem, in principiis, modo &
scopo philosophandi magnam esse discre-
pantiam. Uter autem nostrum felicius
ac rectius fuerit philosophatus, post hac
lectores viderint.

Quia vero interea muneris ratio a
me exigit, saniorē docere Philosophiam,
totius libri *generalem*, singularumque ejus
partium ac capitum *singularem* exhibeo
Conspectum, qui partim sermonis in docen-
te ordinem discientiumque memoriam di-
rigat & adjuvet, partim vero, quantum
quidem his summis fieri potest, quorun-
dam e sapientibus de instituto meo suffra-
gia eliciat. Si quis noverit saniora ac
solidiora, is etiam atque etiam rogatur, sua
proferre in lucem, ut, quod opto, mea la-
tere possint. Novi enim, quantos recessus
quantosque vera sapientia thesauros ha-
beat, quorum adhuc pars mihi reclusa est
minima. Vale amice Lector, me-
umque institutum Divino
favori commenda.

CON-